



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis
Oratorii Fvndatoris**

Gallonio, Antonio

Mogvntiæ, 1602

Prædictiones.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43172

Christi
1555.56

Pauli III. Pap.
I. 2.

Ætatis
41.42

99

su, illud silentio prætereundum non est, ea Philippum prudentia, dexteritateque eos, qui suæ se tradebant disciplinæ rexisse, ut in omnibus rebus, quamquam arduis, ac difficilimis obedire gauderent, qui iubebantur. Nemo ad eum accessit unquam consilium aliquod ad animæ salutem petiturus, quin letus ab eo recederet, frigidosq; in Dei amore filios assiduis precibus calefaciebat, nutantes confirmabat.

Praedictiones.

Eodem Christi anno millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto, mense Augusto, agrotabat Gulielmus Bucca: quod ubi Philip-pus resciuit is, dixit, è præsenti morbo haudquam conualescet: nec verba in ventum iacta. Æger eo ipso oppressus morbo, eodem anno supremum diem sacramentis Ecclesiæ præmunitus expleuit.

Eodem, vt opinor, tempore cre-

Vitæ lib. I.

G 2

dide-

100	Christi 1556.	Pauli IIII.Pap. 2.	Ætatis 42.
-----	------------------	-----------------------	---------------

*Id Fran-
ciscus Ma-
ria Tau-
rusius
Card. iu-
ratus nar-
rat, idemq;
alij sacra-
mento
affirmant.*

diderat Franciscus Fortinus, quem
Philippus Christo genuerat, Ale-
xio Bettino (multum pecuniæ, fa-
ma erat, possidenti) nūmos aureos
tercentum, idq; inscio Philippo, in-
consultoque. Hoc vt ad eius aures
peruenit, trapēzitæ et si ignarus, a-
lumno confestim iubet, vt eam pe-
cuniā nulla interposita mora re-
petitum perget, paret ille monen-
ti, & quamquam puderet cum ve-
speri repetere, quod manè Argen-
tarii fidei commiserat; tamen obe-
dientiæ meritum aspiciens, patere
Philippo maluit, quām sibi ipsi indulgere resumptaq; ab Alexio pe-
cunia, lapsis paucis post diebus pas-
sim apud omnes perulgari cœptū
est Argentarium cum nil minus de-
co cogitaretur, decoxisse; quando-
quidem infortunio fortè aliquo,
non nequitia, vt credi potest, absū-
pto patrimonio simulque priuato-
rum pecuniis, creditoribus fidem
fefellerat.

Modium